



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 62. Rex Guisium Ducem crudeliter trucidari præcipiens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

dinibus approbato Embrodunensis Ar- Sæcul. XVI.
A.C. 1588.
chiepiscopus Regi referebat, quod o-
mnes Ordines regiæ Majestatis suæ pro-
positionibus mature pensitatis in priori
sua sententia persisterent, hacque super
re edictum fieri rogarent. Adhæc Rex
indignationem, quam ob hoc comitio-
rum statutum concepit, dissimulavit,
& petitum edictum confici pollicitus est,
attamen sub diversis obtentibus moram
ex mora nectere studuit.

§. LXII.

*Rex Guifum Ducem crudeliter truci-
dari præcipiens.*

Paulo post Henricus Franciæ Rex Gui-
fum Ducem, quem omnium harum
propositionum Auctorem reputabat, a
sicariis in ipso regio cubiculo trucidari
præcepit, eodemque tempore Guisum,
& Borbonum Cardinales, Lugdunen-
sem Archiepiscopum, Jonvillam Prin-
cipem, Ellobovium, & Nemorsium
Ducem, Annam Estensem Nemorsii
Ducissam Guisiorum Matrem, Brissa-
cum, Sylva-Delphinum, pluresque
alios Proceres comprehendi jussit: i-
dem quoque fatum Neuillius Præses,
Capella-Martellus Mercatorum Präfe-
ctus, urbis Parisinæ Deputati, ambo
Ædiles Companus, & Cottabanchius,
necnon illi, qui extra arcem moraban-
tur,

Sæcul. XVI. tur, subire cogebantur: Pericardus ve-
A.C. 1587. ro, qui Guisio Duci a secretis erat, in
 vincula conjiciebatur, submotis omni-
 bus illius scriptis, inter quæ plures re-
 periebantur literæ, quibus Ducis con-
 filia tam intra, quam extra Regnum a-
 gitata manifestabantur, præter indi-
 cem pecuniarum, quas ab Hispanis re-
 cepisse, atque ultra vigesies centena
 aureorum millia fuisse dicitur: insuper
 sedulo, incassum licet, in Rhodanensem,
 Convenensem, & Bonnonensem
 Episcopos Cleri Deputatos inquireba-
 tur.

§. LXIII.

*Rex de suo parricidio Reginam cri-
 tiorem reddens.*

*Thu. l. 93.
 Davil. l. 9.*

Vix Henricus Guisi Ducis sanguine
 manus suas polluerat, cum illico
 cubiculi sui portas aperiri juberet, at-
 que alta voce coram omnibus tum ingre-
 dientibus diceret: „Nunc demum vo-
 „lo, ut a subditis meis pro Rege ha-
 „bear, mihique obedientia præstetur,
 „nam si rebellium capita plectendi am-
 „mus mihi non defuit, certe cum me-
 „jori securitate ipsa rebellionis membra
 „castigare audebo: nunc non modo ver-
 „bis, sed reipsa Rex sum, nec mihi di-
 „ficile erit, gladium stringere, quoties-
 „cunque mihi libuerit.” His itaque
 verbis